Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



49

ei sacerdocio prefuisse & ita bonis esse & extre
mo tempore etatis uiribus ut adolescentiam
non relinquere. Nichil necesse est michi
de me ipo dicere qq est id qdem senile
etatiq; nre conceditur. Videtis ne ut apd
Homerum sepissime nestor de uirtutibus
suis predicet? Iam enim terciam etatem
hominum uiuebat nec erat ei uerendum
ne uera predicans de se minus iuderetur aut
insolens aut loquax. Etenim ut aut Homerus
ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio
ad quam suauitatem nullis egebat corporis
uiribus. & tamen dux ille grecie nunq op
tat ut Ayacis similes habeat decem. sed sex
Nestoris. quod sibi si accederet non dubitat qn
breui sit Troya peritura. Sed redeo ad me
Quartum ego annum & Octogesimum. uellem
eqdem idem posse gloriari quod Cirhus.
sed tamen hoc queo dicere nō me qe: his esse
uiribus qpus aut miles bello punico aut
Questor eode; bello. aut consul in Hispania fue
rim. aut quadriennio post cum Tribunus